

Et constitústi eas super ópera mánuum tuárum.

### Oratio

**D**a, nobis, quæsumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuae et Felicitatis palmas incessábili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre; humílibus saltem frequentémus obsequiis. (Per Dóminum.)

Deinde, in Quadragesima, Commemoratio Feriae.

Vesperae a Capitulo de sequenti.

Et fit Commemoratio præcedentis:

**A**nt. Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias caelo cóndidit ore, manu.

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

### Oratio

**A**désto, Dómine, supplicationibus nostris, quas in beáti Fridolíni Confessóris tui solemnitaté deférimus: ut, qui nostræ justitiae fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácut, précibus adjuvémur. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Ss. Martyrum:

**A**nt. Istárum est enim regnum caelórum, quae contempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

**V.** Glória et honore coronásti eas, Dómine. **R.** Et constitústi eas super ópera mánuum tuárum.

Oratio ut supra.

Postea, in Quadragesima, Feriae.

Die 6 Martii amm  
S. Fridolini Confessoris  
Duplex

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriae induit eum.

Ad Magnif. Ant. Similábo eum <sup>et</sup> viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

Oratio C2

**A**désto, Dómine, supplicationibus nostris, quas in beáti Fridolíni Confessóris tui solemnitaté deférimus: ut, qui nostræ justitiae fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácut, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Ss. Pernetuae et Felicitatis Martyrum:

**A**nt. Istárum est enim regnum caelórum, quae contempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

**V.** Glória et honore coronásti eas, Dómine. **R.** Et constitústi eas super ópera mánuum tuárum.

Oratio

**D**a nobis, quæsumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum

rum Perpétuae et Felicitatis palmas incessábili devotione venerári: ut, quas digna mente non póssemus celebráre; humílibus saltem frequentémus obsequiis. (Per Dóminum.)

Deinde, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriae.

In I Nocturno, si dicendae non sint de Scriptura occurrenti, Lectiones Justus si morte, de Communi Conf. non Pont. 2 loco.

In II Nocturno

**Lectio iv**  
**F**ridolínus régio in Hibernia sanguine procreátus, ferventíssimo Christi proximorúmque amore flagrans, multórum locórum, atque úrbium peregrinatiónem suscépit. Quibus in itinéribus cum infidéles pópulos cathólicam fidem docéret, innumeros Jesu per Evangelium filios géniuit. Nec verbo solum prófuit. Itaque regis Gallórum Clodováei liberalitaté, sancti Hilárii monastérium apud Pictávos admónitus instaurávit, sacrúmque ejus corpus honorificéntius recóndidit; tum vária ad Moséllam, Argentoráti, Cúriæ Rhaetórum, alibique coénobia exstrúxit.

**R.** Honestum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum:  
**\* Et dedit illi claritatem aeternam.** **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **E.**

**Lectio v**

**T**andem Sichíngam prope Basileam venit, ubi sedem fígere, atque ab itinerum labóribus quiéscere ex divino oráculo instituérat. Sed áccolae passi non sunt sanctum virum ibi consístere, maléque hábitum, caesúmque verbéribus, finibus suis excédere coégérunt. Itaque coáctus est regem adire, a quo facultáte ibidem benígne impetráta, non modo virórum, sed étiam sanctimoniálium monastérium instituit, optimisque légibus ac institútis temperávit.

**R.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stola glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi corónavit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fídei, et ornávit eum. **E.**

**Lectio vi**

**I**nter cétera autem mirácula, quae per illum Dó-

minus édidiit, illud est in primis insigne, quod civem Clatonéensem, Ursu nómine, et túmulo excitátum, manuque préhensum in judicium addúxit, ut de bonis monastério legátis coram Landgrávio testimónium diceret. Dénique sénior conféctus, virtútum, rerúmque gestárum glória illústris, pridie Nonas Már-tii circa annum salútis humánae quingentésimum décimum quartum excés-sit et vita. Sacrum corpus Sichíngae primo sepultum est. Anno deinde millésimo trecentésimo quinquagésimo séptimo, die vigésimo Januárii a Rudólpho quarto Austriae Duce do-no accéptum, in Ecclésia sancti Stéphanii, quae nunc est in Vindobonénsi urbe Metropolitána, summa ve-neratióne est recónditum.

**R.** Iste homo perfécit ómnia quae locútus est ei Deus, et dixit ad eum: In grédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémptis vitam mundi, et pervenit ad caeléstia regna. **Quia.** Glória Patri. **Quia.**

**In III Nocturno Homilia in Evangelium** Sint lumbi vestri

praecínci, de Communi loco,

In Quadragesima IX Lectio de Homilia Feriae; alias

Pro Ss. Perpetua et Felicitate:

**Lectio ix**

Perpé-tua et Felicitas, in persecutióne Sevéri imperatóris, in Africa, una cum Revocáto, Saturnínó et Secúndulo comprehénsae sunt et in tenebricósum cárcerem detrúsae, quibus ultra adjúnctus est Sátyrus. Ibi, cum adhuc catechúmenae essent, baptizátae sunt. Tum ad bestias damnántur, cumque a Felicitate, in partus labóribus dolénti, quaereret quidam e custóribus, quid in amphitheátro esset factúra, illa respóndit: Modo ego pátior: illic autem álius erit in me, qui patiétur pro me, quia et ego pro illo passúra sum. Itaque in amphitheátrum, toto inspectánte pópulo, prodúc-tae, primum flagellis caedúntur; tum a ferocíssima vacca aliquádiu jactá-tae, plagiis concísaе et in terram elísae sunt; demum cum sóciis, qui a váriis bestiis vexáti fúerant, de séptima Már-tii, gla-

diórum íctibus conficiúntur.

**Te Deum laudámus.**

**Ad Laudes**

**V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

**Ad Bened. Ant.** Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitúam, intra in gáudium Dómini tui.

**Oratio****C 2**

**A**déstó, Dómine, suppli-catióne nostris, quas in beáti Fridolíni Confessóris tui solemnité de-férimus: ut, qui nostraræ justítiae fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum Je-sum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

**Et fit Commemoratio Ss. Martyrum:**

**Ant.** Istárum est enim regnum caelórū, quae contempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

**V.** Glória et honore co-ronásti eas, Dómine. **R.**